

## **Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

§. I. An Angelus per suam substantiam tanquam per speciem Deum  
cognoscat?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

## ARTICULUS II.

Quomodo Angeli DEUM cognoscant?

## SUMMARI A.

1. Angelus cognoscit D E V M per suam substantiam tanquam per imaginem.
2. Non vero tanquam per speciem intelligibilem
3. Cuius medium cognitum.
4. Paritas de cognitione alterius Angeli.
5. Instantia de cognitione DEI in substantia superioris Angeli.
6. Instantia de visione creaturarum in Divina essentia.
7. Opposita Authoritas D. Thomae.
8. Exponitur de similitudine objectiva.

## §. I.

An Angelus per suam substantiam tanquam per speciem D E U M cognoscat?

1. Certeissimum est, non tantum supernaturali, sed etiam naturali cognitione admodum perfecta DEUM ab Angelis cognosci, quia tamen non sic intuitiva per propriam & quidditatim speciem, quemlibet in creatura implicare dixi in Tract. de visione; sed abstractiva & per speciem alienam, & quidem per propriam substantiam, non tantum prout est effectus Divinæ omnipotencie, quo modo omnis alia quoque creatura deducit in cognitionem DEI, sed etiam prout habet rationem imaginis. Ex quo postremo oritur dubitatio, utrum substantia Angeli habens rationem imaginis, DEUM representet per modum speciei intelligibilis & modii incogniti, vel per modum similitudinis objectiva, & modii cogniti? Primum partem Gonet, posteriorem Ylambertus cum aliis amplectitur. Sitque.

2. CONCLUSIO. Angelus cognoscit D E V M per suam substantiam, non tanquam per speciem intelligibilem; sed similitudinem objectivam, & medium cognitum.

Probatur primò. Ex S. D. hīc a. 3. in C. ubi dicit: quod ista cognitionis, quā Angelus DEUM cognoscit, magis tenet se cum notitia speculari: sed cognitionis specularis est cognitionis objecti in alio tanquam medio cogniti: ergo ad mentem S. D. cognitionis, quā DEUS per suam substantiam cognoscit DEUM, magis est tanquam per speculum, & in medio cogniti, quam per speciem intelligibilem, & per medium incognitum: magis, inquam, neque enim inficiamur, hanc cognitionem aliquid participare de modo cognoscendi per speciem intelligibilem, in quantum nempe substantia Angeli est quadam similitudo & imago DEI.

3. Probatur secundò ratione. Medium cognitionis non est species intelligibilis, sed ad summum objectiva similitudo rei cognitæ. Ut supp. ex dictis de Visione DEI) atqui essentia Angeli respectu DEI est medium cognitionis: ergo, minor probatur. Objectum primarium est prius natura cognitionis, quam objectum secundarium; atqui essentia Angeli respectu sive connaturalis cognitionis est objectum primarium, DEUS vero secundarium: ergo Angelus prius natura cognoscit suam essentiam, quam DEUM. Minor praterquam

quod admittitur ab Adversariis, indolentibus, quia per se primò sunt instituta ad essentiam, prius representant seipso & tuum esse, deinde ratione ut attingunt illa, qua habent connexionem cum sua essentia & esse: atque essentia Angelis per se primò ordinatur ad esse: ergo.

Confirmatur primò. Angelos haber majorum similitudinem cum altero Angelo, quam cum DEO, non ideo tamen cognoscit alterum Angelum per suam substantiam seu speciem intelligibilem; ergo etiam ex hoc, quod substantia Angelis sit quodam similitudo & imago DEI, non sequitur, quod etiam sit species intelligibilis ipsius DEI.

Neque dicas. Disparitatem esse, quod Angelis essentia non procedat ab altero Angelo, quia tamen ad rationem imaginis requiriatur, atque essentia Angelis procedit a DEO, id est que rationem imaginis intelligibilis ipsius DEI.

Nam contra est primò: quod species intelligibilis Angelorum non procedant ab objectis quorum sunt species, quia sunt insulae. Contra secundò, quod ratio imaginis salvatur etiam in similitudine objectiva, & medio cognito, vel cum Cæsar in sua imagine cognoscitur, ex quo non recte inferitur, quod illa imago sit species intelligibilis: adeoque.

Confirmatur secundò. Angelus D E U M substantia superioris Angelis perfectius cognoscit, quam in sua; quia superior Angelus est perfectior imago DEI, sed in illius substantia cognoscit, quam in medio cognito: ergo etiam in sua substantia.

Confirmatur tertio. Creatura videtur in Divina essentia, tanquam in medio cognito: ergo etiam Divina essentia in substantia Angelis videtur. Consequentia probatur. Sicut enim Divina essentia est primarium objectum, & creature secundarium respectu sua cognitionis, sic essentia Angelis est objectum primarium, DEUS vero secundarium respectu Angelica cognitionis.

## §. II.

Respondeatur ad fundamentum sententia. opposite.

Fundamentum Adversariorum postulandum est sumitur ex Authoritate S. Script. Ezechiel ubi Angelus vocatur *Signaculum similitudinis DEI*, & ex D. Th. hīc a. 3. dicente. *Cognitio autem, quā Angelus per sua naturalia cognoscit DEI*, similiari illi cognitioni, quā videtur res per fictionem ab ea acceptam: quia enim imago DEI est in ipsa natura Angelii impressa, per suam essentiam DEI. Angelus cognoscit, in quantum est similitudo DEI.

Unde sic arguit: Imago & similitudo objecti, per quam cognoscitur objectum, est ipsius species intelligibilis: sed ipsa substantia Angelis est imago & similitudo DEI; ergo ipsa substantia Angelis est species intelligibilis in cognitione DEI.

Confirmatur. Essentia Angeli comparatur ad intellectum Angelii tanquam species intelligibilis.